



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 12. Quadruplex Patrum Sententia circa hanc quæstionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

complures studium, rationesque quis- Sæcul. XVI.
 que suas ad hoc argumentum conver- A. C. 1562.
 terunt.

§. XII.

*Quadruplex Patrum sententia circa
 hanc quæstionem.*

Attamen in hac disputatione Synodi Pallav. c. 2.
 Patres in quatuor scindebantur clas- n. 1.
 ses, atque in primam abiit Madruc-
 cius Cardinalis, & cum eo Petrus An-
 tonius de Capua Archiepiscopus Hy-
 druntinus, necnon Castanea Rosanensis
 Archipræsul, & alii complures, qui una-
 omnes affirmabant, quod Christus pro
 nobis seipsum in ultima Cœna immola-
 verit, porro id ipsum Scripturæ oracu-
 lis, Patrum testimoniis, auctoribusque
 Græcis, ac Latinis confirmabant, ac Ca-
 stanea addebat, id etiam in libello *In-
 terim* Germanici contineri. Postea Joanes
 Antonius Pantofa in Neapolis Re-
 gno Episcopus Licteracensis considera-
 bat verba a Christo ad Apostolos, & in
 ipsis ad Sacerdotes dicta, necnon Mel-
 chior Cornelius illud: *Hoc facite*: expli-
 cans perpendebat, quod hæc verba no-
 bis indicarent aliquid consimile rei præ-
 ceptæ, quæ antea peracta, & postea in-
 dicata fuisset, cum id importetur illo
 pronomine *hoc*: „jam vero Christus,
 „ajebat ille, præcepit Apostolis, & in i-

Q 3

„psis

Sæcul. XVI. „psis præcepit Sacerdotibus, non solum
A.C. 1562. „ut Evcharistiam acciperent, ac conse-
 „crarent, quod satis non erat ad illos
 „Sacerdotes constituendos, sed ut offer-
 „rent, sacrificarentque pro nobis, &
 „pro nostris peccatis: igitur ipse in ea
 „actione, quam nobis imitandam pro-
 „posuit, obtulit Sacrificium propitiato-
 „rium: porro id confirmabat producta
 „S. Thomæ doctrina dicentis, quod in
 „postremis formæ verbis sit simul a Sa-
 „cerdotibus peracta consecratio, & obla-
 „tio & Sacrificium: inde vero collige-
 „bat, idipsum a Christo perfectum fuis-
 „se, dum illa verba proferebat, cum a-
 „lias exercerent illa efficaciam in no-
 „bis, quam non habuerant in Christi ore,
 „quod tamen absurdum foret. „

Pallav. n. 2.
Et 3.

Eidem opinioni tam constanter ad-
 hæsit Eustachius Bellajus Parisiensis
 Antistes, ut diceret, a S. Spiritu Patrum
 animos fuisse commotos ad illum arti-
 culum expendendum, cum is esset fun-
 damentum nostræ Religionis, & Sacri-
 ficii a Christo oblato; nam e Cœnæ Sa-
 crificio initia traxisse aiebat Sacrificium
 Crucis, cum ibi cœpta, atque hic per-
 fecta sit immolatio, utrumque tamen Sa-
 crificium in eundem finem collimet:
 Ceterum Bellajus eo progressus est, ut
 affirmaret, dubitaturum se fuisse, an non
 ipse hæreticus foret, si aliter sentiret.
Ita

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Ita nempe nunquam humana mens sua ipsius caligine adeo obnubilatur, ut eam pro claritate habeat, assumpto, quod dubium est, pro certo, ut accidit vallium in oculis, quibus non apparet nebula, qua obvolvuntur, satis illi perspecta, qui eminentibus e collibus eo visum dirigit: Hæc est Pallavicini animadversio. Postmodum Caspar a Catalio Episcopus Leirinenfis bis hac de re prolixius verba fecit, intentus enodandæ difficultati potissimæ, quæ objectari poterat, hæcque erat, quod per istam sententiam multum detraheretur crucis Sacrificio, perinde ac si ante passionem suam Salvator noster Patri suo pro humani generis salute sese immolasset. In hanc ergo sententiam Casparus hæc proferebat: „Christi oblatio fuit unica respectu rei oblatae, sed „modus illam offerendi fuit multiplex, „ac varius: etenim quemadmodum S. 3. v. art. 9. 83. „Thomas docet: Redemptoris Passio, art. 5. ad 3. „quamvis unica, multis processit gradibus, variisque completa est actionibus, „quarum una fuit Judæ proditio, ac altera divini Magistri venditio, necnon „alia extitit ipsius in Cœna ministerium, „atque illius ad varia tribunalia evocatio, ipsiusque via ad Calvariae montem, ac denique diversi cruciatus usque ad mortem, per quam completa est: insuper ultima Cœna fuit

Q 4 „pars

Sæc XVI.
A.C. 1562.

„pars quædam Christi cruciatuum, et
„Passionis; porro sicuti prioribus eius
„meritis dempta non est, quin potius
„aucta efficacitas per meritum Crucis
„ita potuit Christus in ultima coena cum
„suis Apostolis facta se Patri offerre, &
„sacrificium in cruce perficere, ea ratio-
„ne, qua ipse suis reliquis operibus
„merendo vixit, & in Cruce merendo
„mortuus est. „ Ceterum Jacobus Gi-
bertus de Noguera Episcopus Alipha-
nus hanc in rem dicebat, quod ad hanc
definitionem fundandam multorum Pa-
trum auctoritas sufficiat, quandoquid-
dem Synodus Ephesina ipsorum ta-
meti ea tempestate recentium testimo-
niis duas in Christo naturas compro-
baret.

Pro eadem sententia disputabant
Petrus a Monte Episcopus Lucerensis,
Carolus Bovius Aussenensis, Marcus
Laurentius Dominicanus Campanien-
sis Episcopus, necnon Franciscus Zamora,
& Jacobus Lainesius, quorum prior
FF. Minorum observantium, alter Socie-
tatis Jesu Supremus Moderator erat.

§. XIII.

*Patris Lainesii oratio circa Sacrificium
Missæ.*

Pallav. c. 2.
n. 8.

Pater Lainesius, qui in die vigesima
prima Augusti antea quidem in Sy-
nodi